



**PREEK VAN DE HEILIGE AUGUSTINUS
OP DE STERFDAG VAN
MARTELAAR CYPRIANUS
s.313G (Erfurt 6)**

1. Ago gratias Domino Deo nostro, quia ut uobiscum agam istum diem et mihi concedere dignatus est et uobis.

Praeclarissimi martyris deuotissimo conuentu sollemnia celebramus. Ornamentum confessionis, Afrorum rector et doctor ecclesiae, martyr uerissimus et sincerissimus et praeceptor et rector, docens quod facturus erat, faciens quod docuerat, multos ante se mittens praecepto, multos post se traxit exemplo.

Sed quis in illo hoc, nisi Qui fecit illum? Fecit enim Deus et hominem et fidelem et martyrem: hominem quando creauit, fidelem quando uocauit, martyrem quando coronauit. Tales martyres sine scrupulo ueneramur. Praeclarae quippe sunt et omnibus lucidae passiones quas pro Domino pertulerunt.

Missus est et iste beatus Cyprianus tamquam ouis in medio luporum. Verbo castigabat lupos et tamquam pastor pro ouibus respondebat et pro ouibus sanguinem profundeabat. Tenuit simplicitatem columbae et astutiam serpentis. Simplicitate columbae nemini nocuit, astutia serpentis caput proprium seruauit.

Quando caeduntur serpentes, omnes membrorum circulos pro capite opponunt et magno studio seruant ubi uiuunt.

Quomodo seruauit caput sanctus Cyprianus? *Caput uiri Christus est.* Caput ergo seruauit, quando corpore suo persecutoribus opposito Christum non negauit.

<desunt aliqua>

2. <...> alacres, laeti sinceritatem deuotionis celebremus, sufficiat nobis, fratres! Non persequamur martyres calicibus, quos pagani sunt persecuti lapidibus.

Video propitio Deo plenum istum locum alacritate conuentus uestri. Numquid modo non manducamus -- nolite interrogare uentres sed mentes! --, numquid modo non bibimus? Cibus et potus noster interioris hominis esse debet. Grauat exterior interiorem premit. Vnde Dominus ait: '*Non grauentur corda uestra in crapula et ebrietate,*' quia ebrietate corpora implentur et corda grauantur.

Quantum hoc uitare debemus quando martyrum natalicia celebramus! Etenim ut isti ad coronas illas peruenirent, talia contempserunt qualia nunc exoptanda celebrantur, quando eorum sollemnia celebrare disponunt.

Si enim amamus martyres, uestigia martyrum sequamur. Quem diligitis imitamini; iste est fructus dilectionis, uestigium imitationis.

1. Ik dank de Heer onze God dat ik deze dag met u mag doorbrengen. Hij is zo goed geweest dit aan mij en aan u te vergunnen.

Tijdens dit ingetogen samenzijn vieren we het feest van een heel bijzondere martelaar. Glansrijk was hij in zijn belijdenis, leider van de Afrikanen en leraar van de kerk. Martelaar in de waarste en zuiverste zin des woords, en wegwijzer en leider: hij onderwees anderen wat hij zelf zou doen, en hij deed wat hij had onderwezen. Velen wees hij de weg. Die zond hij voor zich uit. Velen was hij tot voorbeeld. Die trok hij achter zich aan.

Maar wie deed dit via hem? Natuurlijk Hij die hem had gemaakt! Ja, God maakte hem tot mens, tot gelovige, tot martelaar. Mens toen Hij hem schiep, gelovige toen Hij hem riep, martelaar toen Hij hem kroonde. Zulke martelaren vereren wij zonder enig voorbehoud! Uitzonderlijk en een lichtend voorbeeld voor iedereen was hun lijdensweg: zij gingen die omwille van hun Heer.

Ook deze gelukzalige Cyprianus is gezonden zoals een schaap te midden van de wolven (vgl. Mt 10,16). Met zijn woorden gaf hij de wolven op hun donder, als een herder legde hij verantwoording af voor zijn schapen en omwille van zijn schapen vergoot hij zijn bloed (vgl. Joh 10,11) De eenvoud van de duif wist hij te bewaren, en de slimheid van de slang (vgl. Mt 10,16). Met de eenvoud van een duif bracht hij niemand schade toe. En met de slimheid van een slang beschermde hij het eigen hoofd.

Wanneer je op slangen inhakt, kronkelen ze zich helemaal op en dekken zo hun hoofd af. Ze doen hun uiterste best om het te bewaren op de plaats waar zij leven.

En hoe heeft de heilige Cyprianus zijn hoofd bewaard? *Het hoofd van de man is Christus* (1 Kor 11,3). Zo heeft hij dus dat hoofd bewaard: zijn lichaam stond bloot aan de vervolgers, maar hij heeft Christus niet geloohend.

<lacune>

2. Wij zijn in goede stemming en blij, maar laten we deze viering ingetogen en sober houden. Laat dat genoeg voor ons zijn, broeders en zusters. We moeten de martelaren niet volgen met drinkbekers; de heidenen hebben ze al vervolgd met stenen!

Deze plek, ik zie het, is dankzij Gods goedgunstigheit vol van de goede stemming van uw samenzijn. Zijn we nu soms *niet* aan het eten? -- Vraag niet uw maag, maar hoor uw hart! -- Zijn we nu soms *niet* aan het drinken? Ons eten, ons drinken, dat moet van de *innerlijke* mens zijn! Als de uiterlijke mens bezwaard wordt drukt dat op de innerlijke mens. Vandaar ook het woord van de Heer: *'Pas op dat uw hart niet bezwaard raakt door roes en dronkenschap'* (Lc 21,34). Want dronkenschap maakt het lichaam vol en het hart bezwaard.

Dat moeten we toch bij uitstek vermijden als we de sterfdagen van martelaren vieren? Om hun kroon te bereiken hebben zij juist neergezien op dat soort dingen. En uitgerekend die dingen gelden nu als wenselijk en 'feestelijk' wanneer men martelarenfeesten voorbereidt!

Houden we van de martelaren? Dan moeten we volgen in de voetsporen van de martelaren. Koestert u voor iemand genegenheid, doet u hem dan na. Dat is de vrucht van uw genegenheid, dat is het spoor van uw navolging.

Over tekst en vertaling

Recent gevonden preektekst van Augustinus.

(Er zijn elf eerder bekend Augustinus-preken over Cyprianus: s.309-313F).

Deze preek is vermoedelijk gehouden te Carthago, in een aan Cyprianus gewijde kerk, op 14 september in een jaar tussen ongeveer 397 en kort na 401.

De bewaarde tekst bevat een lacune van onbekende omvang in het midden; minstens gaat het om enkele regels. De vertaling van het tweede deel begint enigszins vrij.

Bron Latijnse tekst: Isabella Schiller, Dorothea Weber, Clemens Weidmann, 'Sechs neue Augustinuspredigten. Teil 1 mit Edition dreier Sermones', in: *Wiener Studien* 121, 2008, 227-284, m.n. 274-284. Opmaak en interpunctie aangepast door Vincent Hunink.

Nederlandse vertaling: Vincent Hunink [www.vincenthunink.nl]

Afgedrukt en verspreid ter gelegenheid van het Congres van het Centrum voor Patristisch Onderzoek (CPO) gewijd aan Cyprianus' 1750e sterfdag, op 12 september 2008 aan de Vrije Universiteit te Amsterdam. [www.patristiek.eu]